



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

17. Epist. varioru[m] ad eundem Desiderium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

AD DESIDE-
RIVM
EPISCOPVM
CADVRCENVM
Epistolæ

Obbonis Epistola 13.
Aniulsi 3.
Berregyseli 2.
Chanulsi 14.
Constantii 4. 15.
Dadonis 4.
Elegii 6.

Felicis Epistola 21.
Galli 20.
Palladii 18.
Pauli 11. 12.
Rauracii 7.
Sigeberti Regni 9. 17.
Sulpitii 1. 10.
Veri 16. 19.

Item

* Epistola Sulpitii ad Verum.

* est quinta
in ordine

*Nunc primum ex membranis m. s. cele-
berrimi Monasterii S.
Galli edita.*

Tyy 2 IN-

INCIPIVNT EPISTOLÆ D.
 uersorum Pontificum ad domnum De-
 siderium data

Nunc
 Epistola Domini Sulpitii ad Domnum
 Desiderium.

Domno semper proprio atque Apostolica sede colendo Domno
 Desiderio Cadurca urbis Pontifici Sulpitius
 * Bitorica urbis Episcopus.

* f. Bitorica,
 ce,



XCITAVIT animum paruitatis meæ eximia dulcedo
 magnitudinis tuæ, vt Pontificalem sacerdotii vestri lau-
 dem insignem, vel ex parte tenuem præsumam differere
 sermonem. Sed vniuersa subito virtus defecit in verbis,
 quem exsuperavit tantæ materia dictionis: vt rudimenta
 tantarum * angustiarum studia animo librante pensaram, ipsius ma-
 gnitudinis mole, victus succubui. vnde meo saltem voto satisfeci.
 * m. f. angustiarum,
 * m. f. ac f. et si vestro implere suffragio non valui. libens tamen qui aliud nihil
 dominationi vestræ prodesse appareo. sed vos semper pietate con-
 sucta tanti habetis inquisitionem nos velle frequenter visitare. Vnde
 inprimis incolumitatem vestram inquirentes, quod optamus potius
 * m. f. motum, tam * motu corporis quàm linguæ mutuo sermone complere, dum
 regionum longinquitas non discrepat aspectum, nisi tantum modo
 fraudat interiectionis spatium, & ipsum tamen dilectio cernit intui-
 tum cum figurat * animos recordatum. Ergo nihil perdet absentiam,
 * f. animus, quod præsentialiter laborabit præsentiam. semper in dirigendis apici-
 bus beatitudo vestra soluit officium, vt plus debeat reddendum agmi-
 nis famulatum, quàm meritis consideret debitorem. Auctorem cæci
 præsumimus postulare, vt vestram iubeat prætere vitam cursibus
 * m. f. no- annorum longæuam dignetur tempore longo, cuius nunc locuples
 * m. f. fir- seruat * nomine mundus. Et diu * firmanur nutantia culmina re-
 * m. f. m. rum, vel dilapsa magis solidata resurgunt. Istud manu propria fecit
 à tuis

à tuistemporibus. vestrae gratiae seruire merear mihi peculiaris do-
mine.

Itē Epistula Bertigisli Abbatis ad domnum Desiderium.
cum adhuc laicus in palatio degeret.

Domino Inlustri, & à nobis summa dilectione colendo, atque cum
omni reuerentia nominando domino Desiderio The-
saurario Bertegyselus Cbba.

Licet libenter ac frequenter nostros missos pro suscitanda incolu-
mitate gloriosi DOMNI DACOBERTI REGIS debeamus dirigere, his tamen diebus specialiter direximus famulum vestrum DVLCIDI-
VM DIACONVM ad vestram solertiam, vt per vestram instantiam, & de
sospitate domno debeat sollicitare, & de vestra nos incolumitate pos-
sit certificare. Sicq; de ambas partes, vt cupimus, votiua nobis gau-
dia valeat denuntiare. Et licet placitum cum PHILIPPO PATRITIO
illuc ante ipso domno habemus, pro eo, quod ministeriales nostros
post se retinere videtur; vn de petimus, vt praesens frater * per vestre
consilio, & efficacissimo adiutorio vos per omnia tuentes & insinua-
tes, ipsa causa valeat effectum producere. De pueros etiam, quos
ad opera dominica per vestra ordinatione direximus, si aliquid faci-
unt, quod domno sit placitum, vestra insinuatione discamus. Annis
multis diuina potentia vestram ad ornatum vel consolationem mul-
tarum conseruare dignetur, domine semper meus peculiaris pa-
trone.

f. Dagobert
m. s. per
vra instan
s. per ve-
stra consilia
et effica-
cissima ad-
inoria nos

Epistula Auiulsi Episcopi ad domnum Desi-
derium.

Domino sancto, & Apostolica sede dignissimo domno & Patri
Desiderio Pape Auiulsi peccator.

Vnde nobis iussistis, & nos * sanctitatis vestrae innotuimus cleri-
cum vestrum nomine DRVCTVLFQ per amicum nos de SPANIA
recepimus ipsum nunc * praesente missio vobis direximus. culpas pre-
camur, vt * excusata sint, & ipse de caetero emendatus resideat. Dom-
ni pietas si ista nobis concedit, grandem nobis fiduciam de sua gratia
facit. De caetero quod praesens missus vobis suggerit pro conditio-
nes at,

leg. sancti-
tati
* m. s. p. pra
sente misio.
m. s. excu-
sata sc. i. d
e. e. resede

Yyy 3

nes nostras dominus obtemperare dignetur, & ad effectum perducat, ut melius nobis delectet quousq; audiimus vestro sepe seruitio inharere. Salutare quidem non audeo, sed deprecor sanctitatem vestram, ut pro me humillimum vestrum in sacris orationibus vestris memorari esse dignemini.

Epistula Constantii & Dadonis Episcoporum ad Domnum Desiderium.

Domno semper nobis proprio, & post Deum peculiari patrono Desiderio Papa Constantius & Dado Episcopi

m. l. quod eterno ad illo monasterio. locus corruptus. m. f. com. m. i.

SECUNDUM quod per litteras vestras insinuastis, & iuxta quod filius vester dominus GODENVS mandauerat credimus, quod hesterno ad illud monasterium venisset. sed dum dabo odie apud CARANTONE & MAVRINO comitem videre minimè possumus, FLAVIANVS autem denuciavit, ut quinta feria apud ipsum iungamur. Et quiescitionem nobis inferre cupit, epistolam sanctitatis vestre ad ipsum deposcimus, ut dum nostra fiducia tutamur, vestra autoritate in omni parte muniamur. Prælati prius debita salutationis obsequia; rogamus impensè ut pro nostra paruitate exorare dignetis; nosq; semper in sinu gratiæ vestre confouendos retineatis. Annis multis vobis scribere mereamur beatissime Papa.

Domino sancto & Apostolica sede colendo Fratri Vero Ruteni urbis Episcopo Sulpitius peccator.

mes. Diaconus. f. Kal. April. hic locus omnino corruptus est. scio, quod superius scripti. Diaconus. si inde neglectus est qualiter vestra prudentia (et si hoc fortasse ipse dicat) obaudire distulit.

IN quantum vobis vir Apostolicus dominus DESIDERIVS CADVRCAE urbis EPISCOPVS per litteras suas innotuit, graui iniuria homines sui à FERRICIO Diacono vestro in parrochia sua ARONNACO pertulerunt. Et audiimus, quod Aprilis vobiscum exinde placidum debeat habere. Propterea salutantes charitati vestre rogamus, ut taliter aduersus domno DESIDERIO ordinatis emendari, si cognoscitis, quod superius scripsit Diaconus exinde negligens est, qualiter vestra est prudentia, & si hoc fortasse ipse dicat, obaudire distulcrit, & taliter si non emendatur, qualiter domno DESIDERIO voluntas est, non aliter fiat, nisi in placito, quod vobis supra scriptus Pontifex scripsit.

Pontifex denuntiaverit* memora... diaconus vestro per fideiussor-
res vna cum indiculo vestro ante paruitatem nostram faciatis dirige-
re. Interim nos exemplar epistulae apud nos retinemus. Petimus ve-
stra dulcissimae sanctitati, vt in sanctis orationibus vestris nos memo-
res esse digneris.
*m. s. membraueris, sed haec vox e-
rasa fuit & correctae*

Domno semper suo atq; Apostolico Patri Desiderio Papa Elegius 6.
*Diaco-
num*

Quotiens aditum scribendi gratia vestrae reperimus, totiens no-
bis* cumulus gaudii videtur ad crescere. Quapropter cum salu-
tationis officio illud propensius praecunctis conditionibus depono,
vt quotienscunque inter mundanas sollicitudines mens ad statum
quietis praevalet attingere, memoriam paruitatis nostrae sacris preci-
bus vestris subiungere non omittatis. Quod nequaquam credo, vt no-
stri obliuio vllatenus apud vos cadat; vt nec vestra apud nos vnquam
senescere nouit. Sed non incongrue arbitraui rediuiua commonitio-
ne eadem ingerere. cum nimirum constet, quod nulla in praesenti sae-
culo causa ita mentem stimulet, quemadmodum vitae perpetuae, & bea-
ta iustorum patria desiderii immensitate viscera, mentemq; sollicitet.
Quamobrem vt vndequisq; attentius cogitat, inde frequentius & lo-
qui studeat. Proinde mi vnanimis pia viscera DESIDERII, memento
semper ELEGII tui, cum preces DOMINO fundes. Et quamuis nos
terrarum interpositio longe ab alterutrum separet, nec queat nos sub-
inde corporalis coniunctio sociare; in Christo sepe simul versetur.
Et ita viuere elaboremus, vt non post longum spatium anima simul &
corpore sociemur, sociatique in aeternum viuamus. Quod exoratus
fideliter ac frequenter praestabit, credo, nobis clementissimus Domi-
nus noster Iesus Christus, cui gloria in aeterna saecula. Amen. Saluto-
re supra modum sincerissimo affectu, salutem & DADO fidelis vtroru-
que sodalis.
*m. s. como-
lum.*

Domno semper suo atq; Apostolico Praesuli Desiderio Epi-
scopo* Rauracius peccator.

Cum* humillimo salutationis officio commendo Apostolatu ve-
stro seruos vestros NVMMOLVM Presbyteru, & GARIMVNDVM,
quos ad urbem vestram, & ad hospitium vestrum GREGIONACO, siue AB-
BATES
** an hic Rauracius?
* m. s. cum humillima salutationis officio*

uillor. v. Nummolo Presbytero & Garimunde.

m. f. inquirenda. BATES descriptionem mancipiorum * inquirendo direximus, supplicamus, ut commendatos ipsos recipere dignetis. Et ubi ipsis necessitas extiterit, vestro auxilio in omnibus mercantur habere, ut quod Ecclesie vestre NERVERNENSI ex ipso agro iustissime redebitur, per eorum inquisitionem, vel vestro solatio perdere non debeamus. Simulque suggerimus, ut de ipsa CVRTECELLA, vel hominibus illi consistentibus sub vestra defensione tanquam propria familia dignetur habere receptos & commendatos; ut de iudicium infestationis, sicut & immunitas nostra ex hoc continet, liceat eis vivere cum quiete. His obtentis precamur, ut redeuntibus famulis de vestra felicitatis gaudio litteris nos iubeatis laetificari. Orate pro nobis domini semper peculiaris atq; Apostolice Papa.

NB.

m. f. gaudia. Hic in m. f. sequebatur epistola Desiderii, qua Vntedium in Hispanias euntem commendat Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Tribunis, &c. Quam epistolam supra cum epistolis Desiderii coniunximus, ordine decimam sextam & ultimam.

m. f. gaudia. Sancto atque Apostolica sede dignissimo honorum titulis prestantissimo domino, & in Christo Patri Desiderio Papa
Sigebertus Rex.

legatur vestra. CVM inis vestri paginam deferente venerabili viro BETTORE ABATE vna cum sanctis EVI OCTIS vestris mecum summo gaudio conperite suscepisse. De id vero scripsistis, ut quam prospere nos divina pietas degere permittebat, vobis insinuare deberemus. Cognoscite, vestra intercedente oratione, prospere hactenus Christo prefule consistimus. Et gentes patrie, nobis à Deo concessa, pacifico ordine nobis obediunt. gentes etiam barbarae pagatissima nobis cohabitant. De conditiones vero vestras, vnde iniunxistis, taliter Christo adiuuante ad effectum produximus. vestra fuit iniunctio. Proinde cum salutatione deuotissima petimus, ut per nos Domini nostri IESU CHRISTI misericordiam ubi iugiter sedulas funditis preces, exorare dignetis, ut sua largiente clementia, & hic pacifice vivere, & ad aeternam vitam nos iubeat peruenire.

Dom.

Domno semper suscipiendo, & cum omni honore venerabiliter nominando domno Desiderio Papa Sulpitius peccator.

Singularibus mysteriis pastoralis competerent impleris officium. Deo quod ad nostram parvitatē sollicitudinē destinantes affectu, dum gaudium, quod nobis ipsius RESURRECTIONIS DOMINICÆ solennitatis principale contulit, pastoralis visitatio geminavit. in qua utrinque partim & benedictio in oblationes, & affectio prætulit in apices. Reddentes ergo munia sospitatis, optamus, ut multiplicatis annorum curriculis, vestris mereamur & EVLŌGII recipi, & affatibus benedici. annis innumeris vobis feruiam, & prosperis perseverantibus polle beatissime Papa.

f. utraque parte. Nā m. s. legis: uterq; partes.

Domino Reuerentissimo, palma triumphali decorato, ac Pontificali nomine adornato præcellentissimo Ecclesia speculatori Desiderio Papa Paulus peccator.

Multa sum alacritate repletus, quia adoptatum, desiderabilemque diem à diuina miseratione promerui, mellifluis reciprocis vestris reperire. Quas recensitas immensas creatori nostro egi prærogatiuas, quod incolumem vos esse cognoui. De id vero quod ibi intimasti, ut de causa Inlustris matris familiæ BOBILANÆ aliquid agere deberemus, qualiter exinde fecimus, præsentis latores officii vobis ore proprio edicere possunt. Præterea multiplices dominationi vestræ agimus gratias de eulogiis sanctis, de Falerno nobili, vel vasculis decem, quæ nobis tanti habuistis dirigere. Supercreuit quidem, & superabundauit benedictio largitatis vestræ, adeo, ut dum nos vnam falerni amphoram deposcimus, vos eminentia vasa, & ut visitatius dicam, tinnas decem elegantissimi Falerni tantum habuistis dirigere. Nec solum sic in opæ nostræ credidistis sufficere, sed etiam in multis adhuc excellentioribus donariis magnificentiam erga nos vestram studuistis augmentare, dilatare, supplere, ac superexcedere. Vnde pius Dominus vobis retributor & hic & in æternum existat. Nos enim non sufficimus tantas Almitati vestræ referre nec pecunias, nec gratias. Proinde in illum, qui sufficiens est, supra quam petimus, aut intelligimus, largiri, in ipsum causam remunerationis vestræ committimus. Nos quoque

m. s. de eulogiis sanctis Falerno nobili, vel vasculis decem.

Zzz an

f. vobis.

in sanctis, ac Deo placitis orationibus vestris commendamus, nostram animam in suffragio vestrarum precum committimus. Nos sane, et valemus, indefinenter pro * vos orationi insistimus, ut vos vobis gratiarum muneribus circumseptum, ad coronam glorie iubeat perducere, & nos per vestram intercessionem ad spem salutis, & portum quietis dignetur admittere, vestrique sequipedam permittat existeret. Annis multis vobis, peculiaris domine, mereamur seruire.

12.

Domno semper suo Desiderio Papa Paulus
peccator.

m. s. remus

*

APices sancte dominationis vestre redeuntibus fratribus Faron-LENO & RVCCONE de METTIS accepimus. ubi nobis per singula pietas consueta instruere dignauit. unde omnipotenti Domino gratias agimus, quod vos iuxta nostram desiderium incolumem cognouimus. De REGIS conditione innotescimus, nuper per VIREDVVM * REMOS pergit, ibique natiuitatem Domini expectat. * Bide autem LEVDVNO accedit, & inde in Masao, ac post ripa Reno pergit. cognoscatis CHAINOALDVM Episcopum iuatum etiam facti munus implese. Ceterum ut ad vestra beneficia mentis oculos reflectam, nec si lingua clamet ferrea, ut quidam Poeta ait, aut cetera sonent spiramina, nullatenus potest quis tanta narrare Deimagalia, quantum eius in viscera vestra diffunditur gratia. Nos precipue nec factis possumus repensare, nec verbo explicare, quanta erga me dignatis impendere. Dominum tamen indefinenter oramus, ipse vobis pro nostra paruitate aeternus retributor existat, & celestia bona in perpetua beatitudine concedat. Oratio me vestra subleuet beate & venerabilis Papa.]

13.

Domno semper proprio Desiderio Apostolico Papa
Abbo peccator.

Litteras gratia vestra tam per anteriores missos, qui cum filio vestro CHEDENO venerunt, quam & qui, postea cum BABONE accepi, per quas precepisti, ut de vestris conditionibus, iuxta quod Deus posse dabat, sollicitudinem gererem, Deo soli sufficit non latere. Quia cum integra fide & promptissima voluntate id adsecutus sum, & ordinationes * dominicas infirmatas sunt, ut de res illas, quas leua tenebat presentaliter BOBILA reuestita esse debeat. Nam per

vestra

vestra gratia non nobis sine labore constauit. tamen dum scimus, quod iustitia est, credimus de Dei pietate, quod sic pro vestro prudentissimo consilio causa gubernetur, vt ad bonum perfectum perueniat. De villa autem ROTOVOLLO, sicut scitis, dominus DACOBERTVS Rex ipsam pro amplius, quam quingentos solidos in luminaria ad basilicas METENSIS delegauit. Quia scitis, quod pater BOBILANÆ AGYLENVS hoc fratri nostro VERO EPISCOPO vendidit; & postea seruus tam ipsa portione, quam & illa alia, quæ meorum consortes tenebant, ipse SEVERVS redemit, & domino DACOBERTHO vna cum alia sua facultate deligauit. Vos vero taliter cum domina BABILA agite, vt exemplaria, * quæ pro filio vestro germano meo GEDENO direxi, firmare debeat. Vos enim & in palatio REGIS, vbi innutriti fuistis, bene cogniti estis. Quia melius est aliquid cum eo compartire, quam solus nihil habere. Annis multis de vestra gratia congaudere domne semper meus.

m. f. quem

Domno Clementissimo. palmata triumphatione decorato, Pontificali officio coronato, domno semper meo Desiderio Papa, Christi que speculatori Chanul-
sus vester.

In primis quod nobis præcipuum & maximum est, salutare quidem non præsumo, deprecor, vt nos domne in sanctis rationibus vestris Domino Deo commendare dignemini. deinde supplico Almitati vestræ, vt Dominus noster iubeat, vbi vestrum mereamur impendere occursum. Et quia hoc deuotio nostra desiderat, idemque ordinate, vbi vestram debeamus videre presentiam. Orate pro nobis domine & semper desiderabilis pater.

14.

Domno semper nobis proprio Apostolico Patri Desiderio
Papa Constantius peccator,

15.

Cognoscite domne nos orationibus vestris incolumes de palatio remeasse, & REGEM modo MAGANTIÆ esse. Et pro quo litteras præcipue misimus precamur obnixè, & tanquam pedibus vestris aduoluti quæsumus, vt si euenit, quod NATIUITATEM DOMINI in territorio ALVGENSI celebrare deliberetis, sic vos merear in Apostolatu videre, vt in ciuitatula vestra ALBICÆ ipsa solemnitate in Dei nomē celebrare debeatis non me spernere domne, non me despiciere, non me renuere, quo minus in tanta solemnitate non per te inlustretur,

m. f. Alu- gen/.

Zzz 2 deco.

decoretur, ornatur Ecclesia; & ex tuo sancto ore benedictionem populus accipere mereatur. Interim queso denunciare nobis, quam celerius ultra TARNE accedere deliberatis; aut ubi possimus, quod sæpe desideramus, vestram videre presentiam. Propterea enim de NATIVITATE DOMINI de antea vobis suggesti, ut * alme accedere non possint. Quia multi te desiderant, sed nemo plus quam ego. Pater iterum, iterumque suggero, & commemorare præsumo, ut non sic faciatis de ista NATIVITATE DOMINI, sicut priorem, quando satis in domum vos habere volui, sed peccatis meis obtinere non merui. Annis multis vobis seruire merear Domne * DEDERI semper suscipiende pater.

m. f. Desiderii.

16.

Domno semper suo Desiderio Papa Verus peccator.

Infirmitatem vestram accepimus vna cum * exemplari de litteris doctorum SVLPITII, ubi dominus innotuit, quod istum placitum de ista SYNODO frater vester dominus SVLPITIVS alio tempore visus est immittisse. Nos hoc gratia vestra iam innotueramus per seruo vestro BECOBENO DIACONO, & postea per missio vestro. Sed quia Deo volente dominus innotuit, quod mea suggestio continebat, nos gratulati sumus, quod de vestra felicitate votiua gaudia meruimus cognoscere. Interea reddimus profusum nostri famulatus officium, supplicantes, ut pro nobis Domini misericordiam exorare dignetur; & sapius nos de vestra iubete felicitate consolare. Quia Dominus nouit omnipotens, quod ea, quae bona sunt, de vos semper audire & videre optamus. Annis multis vobis seruire merear, APOSTOLICE PATER.

17.

Domino sancto & Apostolico in Christo Patri Desiderio Siggybertus Rex.

Dum fabula corrente à plures & fidelibus nostris cognouimus, quasi vocati * ab eodemque Patre nostro VULFOLEVO Episcopo Synodali consilio Kal. Septembris in regno nostro. Ignoramus in quo loco vna cum reliquos fratres & conprovinciales vestros debeat coniungere. Licet nos statuta Canonum, & Ecclesiasticas regulas, sicut parentes nostri in Dei nomen conseruarunt, ita & nos conseruare optamus, tamen * dum ad nostram antea notitiam non fuit perlatum; sic nobiscum nostris proceribus conuenit, ut sine nostra scientia * Synodale consilium in regno nostro non agatur. nec ad dictas

m. f. ab idemq.

m. f. ad nostra antea notitia.

m. f. synodali concilio.

dictas Kal. Septembris, nulla coniunctio sacerdotum ex his qui ad nostram ditionem pertinere noscuntur, non fiat. Postea vero oportuno tempore si nobis antea denuntiat, utrum pro statu ecclesiastico, an pro regni utilitate, siue etiam pro qualibet rationabili conditione conuenio esse decreuerit, non abnuimus. Sic tamen, ut diximus, ut in nostri prius deferatur cognitionem. Proinde presentia scripta sanctitati vestre destinare curauimus, per qua petimus, ut pro nos orare digneris, & ad istam coniunctionem, priusquam nostram cognoscatis voluntatem, penitus accedere non debeatis. & ut certius credatis, huc

* m. s. indicol.
* subscripti
18.

* Sv̄b.
Domno suo Desiderio Episcopo Palladius
Episcopus.

Pro intuitu fidei, & vnitate sacerdotum, quam ecclesiarum vbi que diffusarum, spero ad pietatem vestram, ut hospitiosa, quacunque in CADVRCO ecclesia nostra videtur habere, hoc est, BAGIDONE, PASTORIACO, BASSIACO & ALEVERNACO, vobis cum omnem rem mancipiis, vel terris, aut quidquid ad iure nostro pertinet, saluo iure Ecclesie vestre, vobis in omnibus commendamus; ita ut ab hodierno die omnes de parte nostra, qui in supradicta vrbe commanent, sint vobis commendati: & quoscunque de nostra presentia hic dirigimus, vestra ordinatione, secundum quod decet, in omnibus potiantur. Similiter vbi CHROMATIA in re ecclesie BAGIDONE commanet, quia frater suus DEOTHEIVS PRESBYTER actor ecclesie SANC-TONICÆ egit, & nunc ipsa CHROMATIA qui ibidem per beneficium precatuaria manere videtur, si eam cum omni re sua iubeas defendere, quomodo & deum mercedem habeas, & nos vobis gratias supplicationis agamus. Et per diem retributionis, & aduentum Domini nostri IESV Christi adiurans rogo, ut sicut de affectione sancte anime vestre confidimus, sic integram digneris adhibere sollicitudinem, ut omnes iuris nostri homines, qui in vrbe vestra commanent, vna cum antefata CHROMATIA, piam vestri protectionem in omnibus mercantur promereri. Salutationum itaque iura persoluens, supplico, ut pro mea exiguitate orare dignemini. & ut certius nostra supplicatio habeat effectum, propria manu subter subscripsi, PALLADIVS PECCATOR HVNC MANDATVM MEVM RELEGI & S.

* diffusarum.
* qualesq.
* actor.
* leg. que.
* fori. pre-
catorie.
* m. s. e.
* dedim.
* m. s. e.
* m. s. pia
* vestri pro-
tectione.
* subscri-
psi.

ZZZ 3

Do-

19.

Domino in l'istro. & à nobis peculiariter suscipiendo pro
 Dei cultore domno Desiderio Optimati
 Verus peccator.

Accedentem filium nostrum LEODOALDVM DIACONVM, oportu-
 tunum duximus, vt dominationem vestre caritatis inquirere
 deberem; cum sciamus deuotionem sancte animæ vestre bona sem-
 per de parte nostra optare. Præsertim cum nos vestro præ omnibus
 patrocinio potiamur. Propterea salutantes EMINENTIAM VEST-
 RAM, rogamus, vt sicut dum patrocina vestra elegimus, & ha-
 stenus nos defensio protectionis vestre insigniter muniuit, ita nunc
 quoque de conditiones nepotum nostrorum, vnde præfatum vobis
 suggerere rogamus, talem sollicitudinem atque instantiam adpona-
 tis; vnde sicut nos vobis sumus, ita ipsos quoque acquiratis per om-
 nia debitores. Reduce etiam antefato de vestre felicitatis eminentia
 rescripto reddito nostram sollicitudinem dignamini releuare. Do-
 minus noster Iesus Christus custodiat corpus & animam vestram in
 die examinis sui, Amen.

20.

Domno semper suo, & Apostolico Patri Desiderio Pape
 Gallus peccator.

DVm talis nuntius de clade à MASSILIA venit, quod omnem præ-
 ne prouinciam depopulans vastet, domnus ordinet custodias
 mittere, & nullus de CADVCINO ad istas ferias in RVTENICO, vel vi-
 cinas vrbes non præsumat exire. ne, quod absit, per quam libet occa-
 sionem tantum malum in urbem vestram videatur inferre. nam per
 ista contigua illis partibus loca * custodiae positæ sunt, vt nullus eme-
 di aut vendendi aditum penitus habeat, si non sollicitè * cogitabit
 præuidere, periculum mortis inflat. Præterea debita veneratione salu-
 tem mittens, quæso, vt in sanctis precibus vestris paruitatem nostram
 memorare dignemini, domne, * verius, pater.

m. s. custo-
 dias posita.
 *rogabites
 m. s. vennis
 21.

Domno semper præferendo, & cum omni veneratione
 nominando beatissimo Patri Desiderio
 Pape Felix peccator.

PRauorum adulantium concione percepta, ante hoc ferme bien-
 nium, reor misisse * epistulam, quæ serenissimam mentem vestram

ac siquidem turbo pertransiens, nube obtexit, & licet non eo sensu fuerit edita, quo dominus censuit interpretandum, me tamen pœnitet incaute, & minus inculto sensu vel impolito sermone stilum exarasse, vnde *offensam sanctæ animæ vestræ potueram incurrere; nisi vestra bonitas causam admodiasset. pœnitet, inquam, me, & ter quaterque pœnitens, his excessibus veniam posco. Postulo autem indulgentiam, quam tuis beneficiis, non meis meritis adipisci confido. Quam mihi gratiam ita nunc præstare dignabitis, vt nunquam me deinceps à sinu gratiæ vestræ, vel à clementissimo pietatis amplexu excludere, vel reicere dignetis. Inter hæc debita salutationis obsequia persoluens, illud peculiariter à sanctitate vestra peroro, vt omnibus maculis exploris in sacrosanctis precibus vestris nostri memoriam admiscere dignemini, domine, *verius & semper suscipiende Papa. Expliciant.

m. f. of. f. sen. a.

m. f. venus f. venus.

Item alia manu Faustus exemp epistulæ meæ relegi & subscripsi. Hec subscriptio in à cū aiorū Episcoporū subscriptionib. ad Epistolam Faustī, editam tom. 4. biblioth. PP. fol. 878, Margar. de la Bigne. edit. 2.

NB.

Sequitur in m. f. Epistola Lucidi Presbyteri errores Faustī quibus temerè subscripserat, deestansis qua licet exeer tom. 4. bibl. PP. fol. 878. tamen quia in m. f. longè auctior est, idè illam edidimus supra inter Epistolas Faustī c. Epistola 4. fol. 431.



Ad



Ad Lectorem.

IN præcedentibus plerisque Epistolis, maxime posterioribus, est incondita dictio, & errores nimis manifesti, quod maxime mirari quis posset, etiam in eorum Epistolis id hinc euenire, qui alias sat eleganter & latino (vt illa tempora ferebant) sermone Epistolas dederunt. Vt proinde suspicio sit, vitia non tam auctorum esse, quam exscriptoris. Hoc licet in aliquibus suspicari non tamen in omnibus. Quare summa fide codicem m. s. expressi, errores manifestos etiam dedi. In dubiis & corruptis locis vel non diuinaui, vel id moneo. Neque enim dubito fore, vt docti hac editione excitentur ad inquirendos m. s. codices, ex quibus omnia restitui & persanari possint. Equidem Faustus, Ruricius, Desiderius, alii que hinc editi digni sunt, in quibus ornandis & restituendis docti laborent, quantum in Epistolis Symmachi, Sidonii, aliorumque à pluribus certatim videmus fieri. Tu beneuole lector hanc nostram primam editionem boni consule, & fruire.

